yhs

Morbio 24 (98)

In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate Eiusdem Millessimo quingentessimo quartodecimo Indictione tertia die Sabati sextodecimo
mensis septembris. ser petrus et stephanus fratres de marzorate ambo et habitatores Cumis parochie sancti dominij cumanorum filij
quondam et heredes pro duabus partibus tertiis ser iohannis pro sese et suis nominibus proprijs. Item nominibus et vice Joseph et Johannis fratrum
de marzorate eorum nepotum et filiorum quondam et heredum insolidum xpofori olim filij quondam et heredis pro eius tertia parte dicti quondam ser
Johannis pro quibus dicti ser petrus et stephanus fratres et utergue eorum insolidum promisserunt et convenerunt solenniter et Legitime per stipulationem
obligando sese et utrumque eorum insolidum bona pignori presentia et futura insuper bellossio de Latinecarnobij presenti stipulanti et recipienti
videlicet de rato et rati habitione et ratificatione et sese facere et cum effectu curare et quod fatient et cum effectu curabunt quod
dicti Joseph et Johannes fratres eorum nepotes perpetuo et omni tempore hoc presens instrumentum venditionis et insolutumdationis et omnia et singula
inserta in eo contenta habebunt et tenebunt rata firma grata vallida et firma et rata grata vallida et firma. et quod illud et illa solenniter et
Legitima ratificabunt Laudabunt et approbabunt semel et pluries et totiens quotiens et quando necesse et postulatum fuerit et ex
et insuper bellossij ambobus ipsorum ser petri et stephani fratrum et utriusque eorum insolidum proprijs expensis damnis et interesse tantum in
pena et sub pena totius damni et interesse et omnium expensarum solenni stipulatione promissa et deducta: fecerunt et fatiunt venditionem datum et
cessionem ac insolutumdationem. et totius eorum fratrum et utriusque eorum ac dictorum nepotum suorum iuris dominij et possessionis
translationem et traditionem ad proprium in manibus. bellossij de Latinecarnobij habitantis in parochia sancti nazarij cumarum filij quondam Johannis
presentis stipulantis et recipientis ac ementis. nominatim de quinta parte pro indiviso omnium et singulorum illorum bonorum immobilium sitorum et iacentium
in Loco et territorio de marzorate predicte parochie sancti dominij cumanorum foris. spectantium et pertinentium ipsis patruis et nepotibus de marzorate
Quequidem bona sunt ista videlicet:

ponant bona pnt
p ipas ambas
ptes

Salvo si alie vel aliter reperirentur coherentie quod semper stet veritati et in hoc instrumento venditionis et insolutumdationis intelligant
semper vere et iuste esse apposite et deducte; Et hoc cum omnibus suis iuribus et pertinentijs usibus accessibus stillis stillicidijs
[illegible] ascinis paschuis vicanalibus communantijs aquis aquaeductibus et aquarum iuribus usibus [illegible] ingressibus regressibus
et egressibus atque omnibus alijs suis iuribus et pertinentijs universis. spectantibus et pertinentibus tam ipsis bonis ut supra venditis et insolutumdatis
cum suis iuribus et pertinentijs quod ipsis patruis et nepotibus et eorum ratione et occasione [illegible]: Et eidem bellossio presenti stipulanti
et recipienti ipsi fratres venditores pro sese et nominibus quibus. Dederunt cesserunt atque mandaverunt omnia eorum et utriusque eorum pro sese
et nominibus quibus iura. omnesque suas actiones et rationes realles et personalles utilles directas ypotecarias privilegia et prerogativas
et nominibus quibus iura omnesque suas exceptiones deffensiones retentiones et replicationes et qualibet alia sua iura et beneficia universa ipsis patruis
et nepotibus spectantes et pertinentes et spectantia et pertinentia de iure et super ipsis bonis ut supra venditis et insolutumdatis cum suis iuribus
et pertinentijs Ita ut de cetero ipse bellossius sit et succedat et esse et succedere debeat in locum ius et statum universum ipsorum
patruorum et nepotum de ipsis bonis ut supra venditis et insolutumdatis cum suis iuribus et pertinentijs. Et habeat teneat gaudeat et
possideat ipse belossius predicta bona ut supra vendita et insolutumdata cum suis iuribus et pertinentijs. Et de ipsis fatiat et facere
possit et valleat quicquid facere voluerit de rebus suis proprijs et iure et nomine suo proprio imperpetuum absque aliqua contradictione ipsorum
patruorum et nepotum et cuiuslibet alterius persone comunis collegij capituli et universitatis. Et utatur experiatur et exerceat et utrumque
et exercere possit et valleat ipse bellossius predicta bona ut supra vendita et insolutumdata cum suis iuribus et pertinentijs
omnibus illis modis iuribus actionibus rationibus et causis quibus et quemadmodum ipsi patrui et nepotes uti experiri et exercere
possent poterant et potuissent ante hunc venditionis et insolutumdationis contractum annimine celebrati. Insuper ipsi fratres venditores
pro sese et nominibus quibus. Dederunt et concesserunt ac dant et concedunt plenam parabolam et Licentiam. ipso bellossio
presenti stipulanti et recipienti intrandi ingrediendi et apprehendendi eius propria auctoritate corporalem possessionem et tenutam seu quasi
ipsorum bonorum ut supra venditorum et insolutumdatorum cum suis iuribus et pertinentijs: Et similiter donec intraverit et dicta
possessione et tenuta seu quasi ut supra apprehenderit ex nunc prout ex tunc. constituerunt sese ipsi fratres venditores pro sese
et nominibus quibus predicta bona ut supra vendita et insolutumdata cum suis iuribus et pertinentijs nomine et vice ipsius bellossij
tenere et possidere vel quasi. Abdicando a sese pro sese et nominibus quibus omne eorum ius dominij et possessionis et quodlibet aliud
eorum ius et in ipsum bellossium penitus transferendo eumque fatiendo et constituendo suum verum dominum et possessorem ipsumque mittentes
in cum verum dominium et possessionem et
in eorum locum et procuratorem prout in rem suam propriam de predictis suo proprio ministerio et facto. cum vero dominio et possessioni et
omni alteri iuri possidendi. Ibi illico ipsi fratres venditores pro sese et nominibus quibus renuntiaverunt et renuntiant et ea omnia
in ipsum bellossium penitus transtullerunt et remisserunt volando omnino dessinere possidere. et ea omnia in ipsum bellossium
volentes transferre; Quamquidem venditionem datum et cessionem et insolutumdationem et predicta omnia et singula ut supra
vendita et insolutumdata cum suis iuribus et pertinentijs. ipsi fratres venditores pro sese et nominibus quibus. promisserunt
et convenerunt solenniter et Legitime per stipulationem obligando sese et utrumque eorum insolidum pro sese et nominibus quibus. et omnia
eorum et utriusque eorum insolidum pro sese et nominibus quibus et dictorum eorum nepotum bona pignori presentia et futura. Ita
ut utergue eorum teneat insolidum et cum effectu insolidum conveniri possit. Renuntiando auxilio nove constitutionis et epistole divi
Adriani et omni alteri iuri Legum et auxilio ipso bellossio presenti stipulanti et recipienti eidem emptori suisque filijs heredibus et
successoribus et cui seu quibus dederit et habenti seu habentibus causam vel actionem ab eo. Deffendere et guarentare
et in omni tempore ab omni persona comuni collegio capitulo et universitate. In omnia causam et casum et Littis onerantibus. Et in
sese pro sese et nominibus quibus suscipere omnem causam et casum et Littis onerantibus qui vel que exinde moveri contingerit
contra ipsum bellossium emptorem. suosque filios heredes et successores et habentem seu habentes causam vel actionem ab eo. Et
hoc a prima citatione in antea denuntiatione premissa. omnibus ipsorum fratrum et utriusque eorum insolidum pro sese et nominibus
quibus proprijs expensis damnis et interesse tantum in pena et sub pena dupli precij instrumenti et totius damni et
interesse et omnium expensarum solenni stipulatione promissa et deducta. Insuper eidem emptori suisque filijs heredibus et successoribus ut supra
dare et solvere predictam penam. scilicet duplum pretium insuper ac expensas damna et interesse in casu quo predicta bona ut supra
vendita et insolutumdata cum suis iuribus et pertinentijs. eidem emptori suisque filijs heredibus et successoribus ut supra
evincerentur in toto seu in parte vel pro rata parte evictionis. vel prout contingerit. Et hec omnia cum omnibus
expensis damnis et interesse et ceteris accessionibus que inde fient orient et patient pro predictis omnibus
et singulis petendis exigendis consequendis et habendis. Et in bonis denarijs numeratis tantum et non in aliqua alia
re contra voluntatem ipsius emptoris. Sub pacto capiendi videlicet quod pro predictis omnibus et singulis Liceat et
Licitum sit ipso emptori ubique Locorum et terrarum post casum evictionis ipsos fratres et utrumque eorum insolidum
pro sese et nominibus quibus realiter convenire et personaliter capere et detinere et in carceribus includere
ponere et tenere. et de eorum et utriusque eorum insolidum bonis et rebus ubique accipere predari saxire sequestrari robare et
insolidum retinere eius propria auctoritate et sine aucte iudicis et impune usque ad plenam et integram solutionem et
satisfactionem premissorum omnium et singulorum; Renuntiando omnibus statutis consilijs Legibus iuribus privilegijs quomodo decretis et
ordinibus comunis cumarum et cuiuslibet alterius comunis factis et fiendis in genere et beneficio cessionis bonorum suorum et
privilegio sui fori: Et hancquidem venditionem datum et cessionem et insolutumdationem et predicta omnia et singula
fecerunt et fatiunt ipsi fratres venditores pro sese et nominibus quibus ipso belossio emptori presenti stipulanti et recipienti
pro pretio et nomine pretij. Ducatorum octuaginta. valoris ad computum librarum octo imperialium pro quolibet ducato. qui
cadunt insolutum et pro completa solutione et integra satisfactione illorum florenorum ducentum [illegible] valoris
alias Legatorum per ipsum quondam ser Johannem de marzorate domine clare de marzorate eorum fratrum sorori et eius ser Johannis
filie et uxori et sponse Legitime ipsi belossij in eius ser Johannis testamento et ultima voluntate. dandorum et solvendorum ipsi domine
clare tempore quo pervenerit ad matrimonium sive temporale sive spirituale. ut constat instrumento ipsius testamenti tradito et
rogato per nunc quondam dominum Johanantonium de baliachis olim et tunc notarium publicum cumarum. anno domini currente
seu per alium notarium et anno indictione die et mense in eo contentis
Quodquidem instrumentum testamenti quo ad dictum Legatum. incidi debere et instrumentari ac subscribi quod remaneat et remanere
debeat penes ipsum belossium et hoc ad utendum ipso Legato seu dicto instrumento testamenti in casu quo predicta bona ut supra
vendita et insolutumdata. eidem bellossio suisque filijs heredibus et successoribus et habenti seu habentibus causam vel actionem
ab eo evincerentur in toto seu in parte vel pro rata parte evictionis. vel prout contingerit quo casu evictionis
predictum instrumentum testamenti quo ad dictum Legatum tunc sit in suis robore vigore viribus et virtute non obstantibus dictis
incisione et instrumentatione ac subscriptione de quibus: Et hoc secundum formam statutorum et ordinum comunis cumarum super inde dispositorum.
Et hec omnia pro pretio et nomine pretij presentis venditionis dati et cessionis ac insolutumdationis et pro completa solutione et integra
satisfactione premissorum omnium et singulorum. Renuntiando exceptioni huius instrumenti non sic facti dictorum denariorum non sic insolutum cessorum
et predictorum omnium et singulorum et spei future habitionis et receptionis et doli mali et in factum metus causa sine causa vel ex
iniusta causa erroris et deceptionis seu lesionis fictionis et simulati contractus et cuilibet alia exceptione et cauptione remota et
renuntiata: Et nullo tempore dicere opponere nec allegare possint nec valeant ipsi fratres venditores pro sese et nominibus quibus sese
in hoc contractu venditionis et insolutumdationis fore deceptos nec Lesos ultra dimidiam veri et iusti pretij. nec ubique peterit eis aliquid quam et
iusti pretium suppleat nec quod contractus iste rescindatur etiam si id melius excedere ultra duplum: Et taliter omni alteri iuri
Legum et auxilio allegationi exceptioni deffensionum omniumque probationum in genere. Actum cumis in et sub porticu domus habitationis magistri
Johannis maria de valerio filij [illegible] cumis in parochia sancti dominij foris. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati. idem magister Johannes maria
filius quondam magistri [illegible] et Bernardus de Lanizarijs de nessio filius quondam domini filippi. et magister petrus de [illegible] foranus
habitans in parochia sancti dominij cumarum foris filius quondam magistri Johannis. Et pro notarijs paulus de clerius filius quondam [illegible] Johanantonij
Johalmus de [illegible] filius quondam domini Johannis et franciscus de [illegible] filius quondam magistri [illegible] noti et idonei

Ego Baptista de [illegible] publicus imperiali auctoritate notarius cumarum filius quondam domini Antonij hoc instrumentum venditionis
et insolutumdationis premissorumque omnium et singulorum rogatus tradidi scribique feci et [illegible]
duobus simul [illegible]

Morbio 24 (98)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1870053559-11/fragment/page=0001

Decreto di [illegible] Bollettini le Latrie cognobi [illegible]
[illegible] del fisco al negotio de [illegible]

1574 16/IX

Motbéo 24 (98)

Motbéo 24 (98)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1870053559-11/fragment/page=0002